

non existat, quod cum est sub actuali existentia, solum extrinsecum ad ipsam determinata dicatur, intrinsecum vero suam adhuc retineat indifferentiam ad utrumque, & ratio est, quia ejus contingentia in tali indifferentia consistit, certum autem est, rem, postquam producta est, adhuc contingenter esse, non enim per productionem facta est necessaria. Tum quia idem argumentum quoque fieri potest contra Suarez explicans contingentiam substantiarum in materialem per meram denominationem extrinsecam in ordine ad divinam omnipotentiam, quia postquam sunt productae, dicemus, non amplius esse sub indifferentia etiam per denominationem extrinsecam explicitam, quia divina omnipotentia est jam ad alteram partem determinata, atque ideo res creata post ejus productionem non amplius contingens dici poterit. Tandem fiatentur omnes potentiam logicam ad esse stare cum ipso actu, & ita nos docuimus supra num. 106. ex Scoto 9. Metaphys. quæst. 2. nam ab actu ad potentiam logicam tenet consequentia, inquit Doctor, falsum igitur est, quod ait Suarez, postquam res est producta, non amplius esse in potentia ad existere, hoc enim intelligi debet de potentia objectiva, quæ re vera tollitur per actum essendi, non autem de potentia logica.

137 Præterea ad idem principaliter arguit Aureol. loc. cit. quod impossibile est in se, nulli potentia possibile est, aliquid impossibile foret possibile, sed si substantia abstracta non sunt possibles non esse in se, sunt impossibiles non esse in se, æquipollent enim non possibile non, & impossibile non, ergo substantia abstracta per nullam potentiam non poterunt, quod repugnat fidei veritati. Deinde, quod inest alicui ex conditione suæ naturæ, inest sibi absolute, & non tantum per comparationem ad aliquid agens, inest sibi absolute, & non de se ad Retrum capit. 10. quod natura a Deo facta ad defectum ducit naturam originis, & in lib. de Vera Religione ait, quod creatura mutabilis sunt, & defectibiles, quia non summæ sunt, sed inferiores eo, a quo creatæ sunt, & Damascen. lib. 2. Ordo. Fid. cap. 6. dicit, quod omne quod incipit, finitur secundum naturam, ergo absolute, & secundum se substantia abstracta sunt defectibiles, & possibles non esse. Demum aut substantia abstracta ad Deo manentem, quia defectibiles in se, aut quia non sunt defectibiles in se, non potest dici secundum, quod enim defectibile in se non est, non indiget manente, cum possit permanere, per se, ergo necesse est, quod detur primum, quod scilicet sint defectibiles in seipsis, & per consequens possibles non esse, ergo impossibile est poni, quod substantia separata sint necessaria, aut incommutabiles in esse substantiali, quantum est ex se, & quod sint solum annihilabiles per potentiam Dei extrinsecam, nisi enim hæc esset natura eorum intrinsecè Deus ipse annihilare non posset, ut enim inquit Commen. 1. de Cælo com. 124. omne impossibile in se, est etiam impossibile secundum quodlibet extrinsecam.

Quamvis autem substantia immateriales sine modo prædeclara. to ex se, & intrinsecè defectibiles, adhuc tamen respiciendo conditionem sui status debent dici substantia incorruptibiles, & indefectibiles, non solum quia caret intrinsecè, & positiva physice corruptionis principio, ut solent communiter explicari, sed etiam quia ea est conditio sui status, ut cum solo concursu generali Dei possint in æternum durare, nam inter entia creata quedam sunt talis conditionis, ut cum solo concursu generali Dei non sunt in perpetuum duratura, ut homo v. g. semel productus sine specialibus miraculis in æternum perpetuus non potest, quedam vero sunt talis conditionis, ut semel producta possint deinceps cum solo concursu generali Dei in æternum durare, & tales sunt Angeli, & anime rationales, nam licet simpliciter, & absolute possint ad Deo annihilari, quia ad Deo liberè conservantur, & de se intrinsecè indifferentes sunt ad esse, & non esse, talis tamen sunt conditionis, ut continuantur Deo exhibitionem sui generalis sui conditionis in æternum durarent, ratio enim ob quam secundum communem naturam cursum entia creata desunt, est contrarietas immediata, vel mediata, quam ad invicem habent ratione dispositionum oppositarum, quas formæ substantiales exigunt pro sua conservatione, vel est naturalis quedam sequela, qua v. gr. ad corruptionem subiecti corruptum accidit, quæ extant in illo; at Angeli, & anime rationales nullam talem patiuntur contrarietatem, & quamvis anima fit in subiecto, non tamen illud ita informat, ut ad ejus corruptionem desinere debeat, atque ideo secundum communem naturam durare, nec Angelus, nec Anima desinere debent, sed sunt in æternum duratura cum solo concursu generali Dei, unde hæc ratione dicuntur interdum a quibusdam SS. Patribus ex sua natura immortales, & indefectibiles, ex qua doctrina pluræ valent argumenta dissolvi, & auctoritates explicari, quæ ab Adversariis convecari solent, quedam tamen, quæ majorem videntur facere difficultatem, referre, & solvere iuvabit.

138 In oppositum arguit Molin. loc. cit. in substantia spiritualibus non datur aliquid, quod esse possit cum privatione alicujus esse earundem, ergo non sunt intrinsecè defectibiles, & mirabiles. Confirm. quia Angeli nequeunt desinere nisi per annihilationem, cum sint substantia omnino simplices, sed quod realiter tantum desinere potest, dicitur posse non esse tantum per potentiam in alio scilicet in Deo, quatenus omnia in nihilum redigere potest suspendendo suum concursum conservativum, ergo &c. Resp. ad 1. per illud probantur, quod substantia spirituales non sunt defectibiles per corruptionem, quod pacto desinunt substantia materiales per resolutionem in materiam primam, substantia ve-

ro spiritualis sicut totaliter incipiunt per creationem, ita totaliter quoque est contra desinere possunt per annihilationem. Ad Conf. negatur minor, quod enim quod incipit per creationem, non dicitur præcisè incipere per potentiam activam, quæ est in alio, sed etiam per aliquam potentiam passivam in ipso, non quidem physice, & omnino realem, sed logicam, & metaphysicam, quia Deus non creat, nisi quod est ex se factibile, & logicè possibile; ita quod desinit per annihilationem, non debet dici desinere per potentiam præcisè, quæ sit in alio, sed etiam per aliquam potentiam logicam, seu non repugnantiam ad non esse, quæ sit in seipso, quia Deus non annihilat nisi id, quod ex se annihilabile est, seu cui non repugnat annihilari.

Secundo arguit Suarez cum aliis Thomistis, nulla potentia, nullaque inclinatio naturalis est directè ad non esse, sed tantum ad esse, ergo substantia simplices non sunt defectibiles intrinsecè, per potentiam existentem in ipsis. Conf. quia annihilatio est illis substantia violenta, ergo nullam habent potentiam intrinsecam ad non esse, & sic sunt defectibiles tantum per potentiam existentem in alio. Resp. immerito quodam ex nostris hoc argumento tenent, in ejusque solutione ambigere, cum idem argumentum fieri etiam possit in dictione rerum materialium, cujus tamen in ipsa re principium assignant intrinsecum scilicet materiam primam, quomodo igitur res materiales dicuntur esse in potentia ad corruptionem, immo ratione materiae naturalem ad eam habere inclinationem, si nulla inclinatio naturalis est ad corruptionem? quantum spectat ad corruptionem, quomodo dicitur naturalis, jam rem explicui disp. 5. de Gener. & Corr. quæst. 1. artic. 3. num. 47. distinguendo de naturali quod primum sumi potest pro eo quod resultat ad suam perfectionem propendit, deinde pro eo, quod sequitur naturam, & conditionem ejus, utrumque se ad illam habeat, sive naturali appetitum repugnet, sive non, quo sensu opponitur ei, quod præter naturæ conditionem est, & hoc secundo modo diximus corruptionem dici posse naturalem respectu rerum naturalium, non quia propriè naturales in eam propendunt, quia potius esse appetunt, sed quia corruptio sequitur naturaliter conditionem status eorum, cum sint compositæ ex materia, quæ est radix corruptionis. Immo magis arguit argumentum de dictione rerum materialium per corruptionem, cujus datur intrinsecum principium positum in ipsa re, quam de dictione substantiarum immaterialium, quæ sit per annihilationem, ad quam non dicimus in ipsa re dari potentiam aliquam, vel inclinationem naturalem, sed solum intrinsecam non repugnantiam, quatenus illis ab intrinsecè sicut non repugnat esse, ita neque repugnat non esse, sed ex limitatione, & finitate suæ naturæ, ad utrumque sunt indifferentes; magnum autem discrimen est inter inclinationem naturalem ad aliquid, & non repugnantiam ad illud, itaque ad argumentum dici potest non ponere in substantia spirituali aliquam potentiam realem, & inclinationem naturalem ad non esse, sed solum non repugnantiam, atque ita habeat naturalem inclinationem ad esse, & solum non repugnantiam ad non esse.

139 Ad Conf. respondet Vulpes loc. c. respectu omnipotentis Dei nullum prædicatum possibile inesse creaturis cum, violentia cum sit in potentia obedientiæ ad illam, undè cum lapis contra suam inclinationem fertur sursum ad rependendum vacuum, motus non est violentus, sed naturalissimus saltem respectu nature universalis existentis vacuum repleri. Sed hæc doctrinam jam in Physicis exprobavimus, ubi dictum est disputatione sexta, numer. 14. potentiam obedientialem non tollere violentiam à rebus, & disputatione duodecima numer. 16. motum aquæ, vel lapidis sursum ad rependendum vacuum respectu corporis particularis esse totaliter violentum, & nullo modo naturalem ex Aristot. 4. Cæli 39. & Scoto 3. distinct. 27. §. 1. ratione, & 4. distinct. 49. quæst. 13. H. quod si dicitur esse naturalem respectu nature universalis, ut innotuit Vulpes, ultra id concedimus, sed argumentum non solvitur, cum procedat de violentia ut innotuit universalis. Itaque ad argumentum concedendum annihilationem fore utique violentiam substantiis separatis, immo potiori jure, quam rebus materialibus sit violenta corruptio, quia non solum violenti desinere ex generali ratione, quia unumquodque ens appetit sui conservationem, sed etiam ex peculiari ratione suæ conditionis, quæ talis est, ut cum solo concursu generali Dei perennaret, quod substantia materialibus convenire non potest, ex hoc autem non sequitur, quod non habeant intrinsecam non repugnantiam ad non esse, sed tantum quod non habeant ad hoc naturalem inclinationem, hæc enim sola excluditur per violentiam, non autem illa, sicut ex hoc quod aqua violentè recipit calorem, per talem violentiam excluditur ab aqua naturalis propensio ad calorem recipiendum, non autem capacitas, & simplex non repugnantia.

Tertio arguit idem Suarez Angelus non potest desinere per veram actionem, sed per solum illius negationem, ergo non est suapte natura defectibilis per potentiam sui intrinsecam, quia omne possibile respicit positivè aliquam potentiam, defectibile contrario. Conf. quia defectibiles Angeli proveniunt tantum ex potentia, & libertate Dei, unde si Deus necessario ageret ad extra, non posset angelos suos esse privare, ergo non per potentiam realem intrinsecam Angelus dicitur defectibilis, sed per extrinsecam tantum Dei potentiam. Respondet hæc argumenta, si valent, pariter probare de rebus materialibus, quod non sint defectibiles, & destruibiles per potentiam aliquam passivam.

passivam intrinsecam, sed tantum per extrinsecam activam, nam nequit res ipsa materiales desinere possunt per veram actionem, nam ut dictum est disp. 5. de gener. & corrup. nu. 39. corruptio in ratione destructionis non est peculiaris actio distincta à generatione, quæ sit per se destrudenda rei, & si Deus ageret necessario ad extra, nedum substantias immateriales, sed materiales quoque necessario ad extra produceret, & conservaret nec posset illas suo esse privare. Ad argumentum itaque neganda est consequentia, ex illo enim antecedit eorum sequitur, quod sit possibile de se, indifferentes esse ad esse, & non esse, ita respicit potentiam activam indifferentem ad actionem, & actionis suspensionem. Ad Conf. negatur summum, ad ejus probationem dicendum, quod sicut ex illo hypotesi etiam substantia materiales necessario fierent, & ex hypothese necessitate petita à causa extrinseca procedentes sed intrinsecè retinerent adhuc suam defectibilitatem & corruptibilitatem, quatenus ex materia constarent, in qua talis defectibilitas fundatur, ita quoque substantia immateriales solum extrinsecè essent necessaria, & indefectibiles, ac intrinsecè adhuc forent contingentes, & defectibiles, ea ratione, quæ entia finita, & limitata in qua limitatio, & finitate radicatur potentia logica, seu non repugnantia ad non esse quam habet quodlibet ens creatum, & per quam constituitur formaliter in esse entis contingens, ut distinguitur ab ente necessario.

QUESTIO VII.

De Eod. & Diverso.

Quid, & quomodo sit identitas, & distinctio.

140 Hæc erat alia, & præcipua passio complexa, seu distinctio identis de qua nunc agendum est, ponitur autem passio ad quædam entis non secundum se, & solitarie sumpti, sed ut comparatur alteri ex 10. Met. tex. 10. ubi ait idem, & diversum opponi immediate non quidem contradictorie, ut notavit Zerbis 10. Met. q. 5. quia sic conveniret tam enti, quam non enti; & tamen non ens non dicitur idem, nec diversum, sed contrariè, ideoque invenitur tantum hæc oppositio, ubi est ens, nam omne ens alteri comparatum, aut est idem, aut diversum ex Arist. cit. Tum quia oppositio quæ est inter idem, & diversum sequitur oppositionem, quæ est inter unum, & multa, quia identitas fundatur super unitatem, & distinctio, supra pluralitatem 5. Met. cap. 15. at oppositio, quæ est inter unum, & multa, adæquat eam, & non convenit non entibus, ut ait Arist. 10. Met. 9. Tum etiam quia quando membra distinctiva sunt immediate opposita circa aliquid subiectum, necessarium conveniunt, & adæquatè illi subiecto ideo enim numerus est par, vel impar, quia hæc membra circa numerum sunt immediate opposita, sed idèntitas, & diversitas sunt immediate opposita respectu entis nam omne ens alteri comparatum vel est idem cum ipso, vel diversum ab eo, ergo necessario, & adæquatè enti conveniunt, sed non conveniunt simul, quia sunt opposita, ergo sub distinctione tractavimus autem de identitatibus, & distinctioibus disp. 1. Log. q. 5. art. 2. quantum opus erat tribuimus noscendum per identitatem, & distinctioem pro alicuius capiti rerum physicarum, immò & logicarum, sed quia altiorum indaginem peccabat negotii moles, & rei dignitas, promissimus sibi hic in Met. eandem insisteret disputationem sub altiori stylo, & rem totam à fundamento explicare, quod agendum jam nobis sapere in altima huius Disput. parte, quam præ manibus habemus, hic autem præferim tractabimus de per se identitatibus, & per se distinctioibus; modi namque distinctioibus, & identitatibus per accidens videri possunt apud Arist. 5. Met. c. de eod. ubi de his factis dilucidè tractat.

ARTICULUS I.

De natura Identitatis, & Distinctionis, ut sic.

NUMERUM, & qualitatem Identitatis, & Distinctionum loco cit. in Logica quantum ad Logicum pertinebat, in vestigamus, sed naturam, & formalitatem Identitatis, & distinctionis ut se generant, explicare non curavimus à signa tibi de causis, quia in mirum assignari non poterat ratio aliqua communis invocata ad identitatem realem, & rationis, & similiter ad distinctionem realem, & rationis. At tamen quia hic agitur de Identitate, & distinctione, ut sunt passiones entis, & consequenter, ut reales sunt, opus est investigare utriusque formalitatem, quæ postea applicari poterit ad Identitatem, & distinctionem rationis, sicut à toto genere essentia entis rationis explicari solet per analogiam, & proportionem ad ens reale, cuius instar concipitur. Rursum tractabimus de ipsis non in impressa significatione sumptis, quia pacto dicitur fundari tantum in substantia, sed in ampliori significatione sumendo substantiam pro essentia, quia pacto per omnia prædicationem vagantur, & sunt passiones entis transcendentis; ut diximus supra disp. 4. n. 32. & notat Doct. 1. d. 19. q. 1. & Ant. And. 5. Met. q. 14. in sol. ad. 4. prius ergo formalitatem Identitatis vestigabimus, subinde distinctionis.

141 Quoad identitatis alicui videntur eam consistere in negativo, ac ita præsertim sentire videtur Mauritius nosser in epitom,

Formali ubi vult, quod distinctio formaliter consistat in aliquo positivo nimirum in aietate, seu diversitate extremorum, identitas autem in negatione talis aietatis, eodem modo, quo dicitur, præced. Thomistæ dicebant multitudinem consistere in positivo, unitatem vero in negatione talis positivi, adeo ut sicut apud illos unitas non erat nisi negatio multitudinis, ita apud illos identitas non sit, nisi negatio distinctiois, & aietatis. Sed hic dicendi modus passim reicitur, & Identitatem dicere aliquid positivum potest ferè eisdem rationibus firmari, quibus loc. cit. idipsum de unitate probatum est, nam intantum aliqua dicuntur eadem, quatenus sunt unum, seu quatenus adunantur in aliquo esse, & in aliquo conceptu, cum ergo unitas quid positivum dicat ex superius dictis; sic etiam identitas, unde potius distinctio, quæ correspondet multitudini, deberet quid negativum præferre, quam Identitas, quæ correspondet unitati. Hoc etiam tenet, & probat Palquas, tom. 2. Metaphysicæ distinct. 47. sec. 1. quia per illum ipsum ens constituitur idem per quod constituitur in esse, & per quod constituitur diversum ab alio, ita ut præcisè quocumque alio concipitur idem, vel distinctum, ergo cum ex vi proprii esse habeat identitatem, erit etiam idem per aliquod positivum. Hæc tamen probatio non placet, quia identitatem nullo pacto distinguit ab entitate rei, quod est falsum, quia ad minus distingui debent, ut subiectum, & passio, cum quia entitas rei potest esse absoluta, sed formalitas identitatis est relativa, ut mox dicemus, & Palquas libid. 4. tetr. concl. 2. dum ait identitatem dicere formaliter aliquam rationem simpliciter, & connotare extrema, quæ ex vi illius rationis in idem esse simplex coalescant. Statuendum ergo est Identitatem aliquid positivum dicere, etiam si per negationem distinctionis solet interdum explicari, sicut pariter Unitas quid positivum dicit, etiam si per negationem divisionis, vel multitudinis solet explicari; & forte id etiam sentit Mauritius, quomvis Identitatem explicet per negationem aietatis. Et hoc denique innuavit Arist. ipse 5. Metaphysicæ 6. dum ait, quod identitas consistat, quædam essentia est, per quod significat proportionaliter distictum esse de unitate, ac de Identitate, quia hæc fundatur in illa.

Cæterum ad hæc esse difficultas, ac formalitas positiva, quam præferret Identitas, sic absoluta, vel relativa, & alicui content esse absolutam, unde dicitur identitatem aliud non esse, quam unitatem alicujus, vel aliquorum in substantia, sicut similitudo est unitas aliquorum in accidente, quia sicut datur 5. Met. tex. 12. unitas numeralis, specifica, generica & analogica, ita Identitas, quæ aliqua dicuntur ad numerum, aliqua species aliqua genere, & alia idem analogica; ita significavit Augustinus Mulæus tract. de distinctioibus ad meatem Ægidii c. 1. Alii duplicem assignant identitatem unam absolutam, aliam respectivam, prima est, quia alicui dicitur idem sibi ipsi, in tali enim identitate non involvitur relatio ad aliam rem; secunda est, quia plura sunt idem inter se ratione alicujus nature communis, quoniam Irenæus, & Paulus dicuntur idem in humanitate, nam in ratione hominis, ut sic, non distinguuntur, sed sunt idem, quam opinioem Scot. tribuitur Hervæus quol. 4. qu. 2. Soncin. 10. Met. qu. 5. Javell. libid. qu. 7. Suarez disp. 7. Met. sect. 7. Palquas libid. disp. 47. quorum tamen nullus locum assignat, ubi hoc dixerit Doct. Faber tamen veniri, puta in nihilominus hæc esse sententiam ejus.

142 Dicendum est, identitatem formaliter simpliciter, quæcumque sit dicere conceptum relativum, Concludit Scoti 5. Metaphysicæ quæst. 11. ubi docet identitatem esse relationem quia non potest concipi, nisi ut habitudo ad aliud, & quia denotat utrumque extremum eodem modo subdit esse relationem æquiparantiam; & manifestè innuitur ab Arist. 5. Metaphysicæ, tex. 20. ubi numerat identitatem inter relationes primi modi, quæ in unitate fundantur, dicens eadem dici, quorum substantia est una, nam sicut similitudo est convenientia in qualitate, ita identitas est convenientia in substantia; Probat, quia aut unum dicitur idem cum alio, quia in uno aliquo communi prædicato conveniunt, aut quia est idem sibi ipsi, si primum jam palam constat, talem identitatem esse relationem, quia nequit concipi sine habitu ad aliud, si secundum, adhuc talis identitas nequit concipi, & explicari, nisi concepto relativo, nam in ea identitate utitur uno, tanquam pluribus, ut docet Arist. 5. Met. 16. cum ait, quare patet, quod identitas una est quædam essentia est, aut plurimum, aut cum un pluribus natura, ut nota cum dicitur ipsum sibi ipsi idem, ut duobus enim ipso natura, ecce quomodo ad identitatem tenet quoque illam, quam dicebant absolute, requiritur pluralitas extremorum, quæ in unum esse coalescant, cum inquit, ut aliquid intelligatur sibi ipsi idem, debet veluti in se geminari. Præterea identitas ex sui natura produca cogit in unum esse vel realiter, vel formaliter vel ratione, ergo ex sua ratione formali, debet inter plura verari in unum esse coadunata vel reale, vel formale, vel rationis, & ideo est formaliter relativa, non absoluta; Ex quibus patet identitatem esse formaliter relationem contra secundam opinionem, & non esse formaliter unitatem contra primam, quia unitas est quid absolutum, & ad se cum dicitur indivisionem rei in se, at identitas est quid relativum. Tum quia identitas ex Arist. loc. cit. fundatur in unitate, ergo non est unitas formaliter, sed fundamentaliter tantum. Tum quia identitas, v. g. generica, vel specifica est convenientia plurium in eadem essentia, & substantia, sicut similitudo est convenientia in qualitate, & equalitas convenientia in quantitate, sed iste convenientia sunt formaliter relationes primi modi relativorum, ergo & ipsa identitas.







ergo &c. Dixi autem huiusmodi relationem importatam per distinctionem esse realiter, vel formaliter dumtaxat superadditam, nam datur aliqua distinctio, quae est relatio transcendentalis, ac rei realiter identificata, & talis praesertim est distinctio, quae dicitur entis passio; datur etiam distinctio, quae est relatio praedictamentalis, & purum rei accidens, quia adest, & abest praeter subiecti corruptionem, ut distinctio, quae ego distinguitur a Petro verbi gratia existente, quod defuncto, paene etiam illa distinctio, & talis distinctio dicitur esse aliquid superadditum essentialiter rei, necdum formaliter, sed etiam realiter. Demum pro complemento nostrae conclusionis addendum est ex Mairon. cit. distinctionem esse relationem disquippantem, sicut enim similitudo, aequalitas, & identitas dicuntur relationes disquippantes, quia in utroque extremo fundamentum habent eisdem rationis, & ita disquippantem, quia in utroque extremo fundamentum habent diversae rationis. Dices inquam, quae sunt sub eadem specie, esse eisdem rationis, & tamen inter ea est distinctio, ergo non est relatio disquippantem. Resp. ex Mairon. cit. individua, ut sunt eisdem speciei, non fundantur relationem distinctionis abivincem, sed identitatis specificae, fundant autem distinctionem, ut sunt diversa individualiter.

150 Ex dictis autem haecenus patet, quid dicendum ad rationes Pasqualis, & Hurtad. postea num. 145. falsum enim est, quod asserunt Pasqualis, in suo discursu, negationem scilicet non identitatis falsum posse praeslare effectum formalem distinctionis, ut enim constat ex dictis num. 147. quibusdum competere potest non identitatis, quibus non convenit distinctio, nec distinctionis effectus, qui est passio, nec illa negatio sufficit ad denominationem formalem relativam distinctionis, sicut neque negatio praeslare similitudinis inter qualitates sufficit ad formalem denominationem dissimilitudinis, negatio namque bene praeslare potest denominationem formalem negativam, non tamen positivam, cuiusmodi est denominatio formalis facta per distinctionem, & dissimilitudinem; igitur eo ipso, quod intelliguntur aliqua non esse eadem, intelliguntur quidem distincta, & fundamentaliter, & formaliter negative, non tamen formaliter positive. Facile etiam ex dictis, inquam, occurrit Hurtad. aliud enim est, ut aiebam num. 148. principium constitutum rei esse quoque principium distinctivum, aliud autem, quod fit formalis, & actualis ipsa distinctio, primum est verum, & axioma in omni schola concessum, non autem secundum, unde notus, & integer ille discursus Hurtadi nil aliud probat, quam unam rem ab alia distinguere per suam essentiam, quatenus ipsa est origo ipsius formalis distinctionis, & distinctio in ipse fundatur, non autem tanquam per ipsam formalem distinctionem. Confirmatio autem, quae adhibetur ex alio, non facit specialem in hac de difficultate, sed pariter militat contra omnes modos rebus superadditos, potest namque idem argumentum formari contra modum unionis, actionis, &c. nam vel unio seipsa unitur, media alia unione, & alio vel seipsa producit, vel media alia productione, ad quod argumentum saepius dictum est in Physicis ad habendas formales denominationes necessarios esse modos superadditos, nec dari posse processum in infinitum, quia in denominatis, & denominantibus tandem deveniendum est ad aliquid, quod fit ita Quo, ut nequeat esse Quod; & praesertim ad hanc rationem in terminis dictum est disp. 8. Log. quae est 3. art. 2. respondendo ad 3. princ. deductum ex absurdo in solutione ad 4. absurdum de processu in infinitum in relationibus distinctionis, & diversitatis. Neque aliud argumentum cum Confirmatione, quo Hurtad. probare contendit negationem identitatis orti ex distinctione, sufficienter probant, quamvis enim ex eo quod Petrus est Petrus, sequitur non esse Paulum, non tamen hinc bene educitur, negationem orti ex distinctione, sed tantum orti ex principio constitutivo, & distinctivo rei, & in ipso fundari, non autem confundi debent, ut sepe dictum est, principium essentiale distinctivum, & ipsa formalis distinctio, neque aliud probat argumentum Hurtad. Ad Conf. quoque patet ex dictis n. 147. duo entia invicem collata prius concipi, ut non eadem, quam ut distincta, quia idem, & non idem contradictorie opponuntur, idem autem, & diversum contrarie, oppositio autem contradictoria inter aliqua duo praecedat contrariam, atque ideò aer, & lux in illo priori concipiuntur, non eadem, & postea distincta.

151 Sed in contrarium duae adhuc obstant difficultates. Una, probat distinctionem non dicere formalitatem positivam, sed solam negationem identitatis, nam sicut identitas correspondet unitati, & in unitate fundatur, ita quoque distinctio divisonis, ac multitudine, nam in multitudine fundatur, sed divisio ex dictis disp. 5. n. 50. non dicit aliud positivum, sed solam negationem unitatis, ergo sic etiam in proposito distinctio non dicit aliud positivum, sed solam negationem identitatis. Altera probat non esse formalitatem relativam, relatio namque supponit distinctio, quia idem ad seipsum non refertur, si ergo distinctio est relatio, supponit distinctio extremorum, & sic dabitur processus in infinitum. Resp. ad 1. quod sicut identitas licet unitatem consequatur, & in unitate fundatur, longe tamen diversam habet ab unitate naturam, quia conceptus unitatis est absolutus, identitatis relativus, unitas ex sua ratione formalis excludit pluralitatem, identitatis pluralis supponit, & inter plura versatur, ut tamen in unum, & idem esse coadunata, sic pariter distinctio licet divisionem, & pluralitatem

sequatur, & in pluralitate fundetur, non tamen est eiusdem omnino rationis, cum divisione, & pluralitate, quia distinctio proprie dicit importat diversitatem positivam inter aliqua plura in peculiaribus rationibus eorum fundatam, unde aliqua esse invicem distincta, vel diversa dicitur alteriter positivum, quod quia in tali esse constituitur per proprias rationes positivae, sed aliqua esse inter se divisa, & separata non dicit quod positivum, quia in tali esse sufficienter intelligitur per solam ablationem unitatis, vel unionis inter illa, ut constat de partibus continui, quae sufficienter intelliguntur abivincem soluta, & diversa per solam ablationem indivisibilis continuativi. Vel brevius dicendum pariter alata de divisione, & distinctione convincere solam de distinctione negativam supra pro simpliciter non identitate, haec enim utioque imitatur omnino naturam divisionis, nam sicut dicitur solam unitatis negationem, ista distinctio in praesenti sensu dicitur solam, & simpliciter negationem identitatis. Ad inquit Mairon. sufficere, quod distinctio supponat extrema fundamenta, quod si contentas, relationem supponere extrema formaliter, & actualiter distincta, & non fundamenta, licet tantum, tunc dicendum, relationem vel supponere extrema ita distincta, vel saltem ipsa formaliter constituitur in esse tali, & hoc peculiariter convenit relationi per distinctionem importatae, quia ipsa constituit extrema, inter quae veritatur, formaliter, & actualiter distincta, eo ferè modo, quod Doctor explicat propositionem istam quod actiones sunt suppositivae, vel quod actio praesupponit suppositum, unde deducebatur Patrem in divinis constitutum posse in esse Patris per actionem generativam, inquit cum respondendo ad argumentum principale lit. V. quod actio vel est suppositi praesentis, vel suppositi per ipsam formaliter constituitur.

Hinc tandem queri solet, an interidem, & diversum demum medium, & ratio dubitandi est, quia idem, & diversum ex 10. Metaph. tex. 1. non opponuntur contradictorie, si enim se opponerentur, alterum eorum posset verificari de non ente, quod tamen falsum est, quia non ens non est idem, nec diversum, ut ibi exponit Alensis, quia ergo non contradictorie, sed potius contrarie opponuntur, quatenus utrumque dicitur rationem positivam, ut constat ex dictis, & inter contraria interdum folet dari medium vel per abnegationem extremorum, vel per participationem, ideò queritur, an inter ea detur medium. Antequam veniam ad resolutionem, quaeritur, promittendum est P. Fabrum 10. Metaph. disp. 6. existimasse hanc quae rationem omnino coincidere cum illa. An inter distinctio nem realem, & rationem detur distinctio media, quae nec fit realis, nec rationis, & quae Scotista realem distinctionem mediam admittunt, quam appellant formalem, vel ex natura rei, Thomista vero negant, ideò facit in hoc quaerit Thomista flare pro parte negativa, Scotista autem pro affirmativa, quam etiam ipse postea amplectitur, & probat interidem, & diversum dari medium, quia datur distinctio media inter distinctionem realem, & rationis. Ceterum toto, pace tua, aberrat Caelo nam luce clarior constat, quae rationes illae profluit diversae, & nequaquam coincidunt, cum enim queritur, an inter idem, & diversum detur medium, tunc comparantur ad invicem identitas, ut sic, & diversitas, seu distinctio, ut sic, sed cum queritur, an inter distinctio nem realem, & rationem detur distinctio media, tunc non confertur identitas cum distinctione vel e contra, sed confertur distinctio cum alia, una nempe distinctio realis cum distinctione rationis, item cum queritur, an inter idem, & diversum detur medium, sensus quaerit est, an possit dari aliquid, quod cum alio comparatum, nec fit idem cum eo, nec diversum ab eo, & cum quo queritur, non detur distinctio media inter realem, & rationis, sensus est, an detur aliqua distinctio, quae proprie nec fit realis, nec rationis, sed minor illa, & major ista, ac ideò veluti media inter illas ex quibus patet, revera Fabrum non percipisse statum quaestionis.

152 Profectione quaeritur plura forte, quam opus fit, dicant Thomista, ut Socini. 10. Met. q. 6. & Javell. ibid. q. 8. & alii passim. Breviter notandum est, quod differens, & diversum aliquando sumuntur in una significatione, & sic invicem confunduntur, ac unum sumitur pro alio, alio modo sumuntur praesens, & in rigore, & sic secerantur eo modo, quod docet Arist. 5. Metaph. text. 9. & 10. Met. text. 12. & cum ipso Socini 1. d. 3. qu. 3. ad quaestionem igitur, nam differentia dicitur, aliquid idem entia, id est, aliquid sui quiddam convenientia, & aliquid disconvenientia, ut homo, & equus, qui conveniunt in animali, & differunt per rationale, & irrationale; diversa vero dicitur, quae in non quiddam convenientia, conveniunt, sed le totis differunt, quod praesertim intelligi debet de conceptu adequato, & in aliqua realitate fundato, nam forte in conceptu aliquo inadeguato nil verum convenire posse, quo pacto nihil in differentia dicitur primo diversae, ne detur processus in infinitum, ut docet Doctor loc. cit. Arist. 10. Met. in text. cit. 12. Si ergo diversum proprie, & in rigore sumatur, participatio nem extremorum scilicet differens, etenim differens, quodammodo mediat inter idem, & diversum in rigore sumptum participando utriusque rationem, quia aliquid sui convenit cum alio, & sic fit idem cum eo, & aliquid sui differunt ab eo, & sic fit ab illo diversum.

Si vero diversum fusc sumatur, ut in communi modo loquendi, quo pacto coincidit cum differenti, & distinctio, tunc rursus distinctio

quendum est, quod idem, & diversum, seu distinctum possunt sumi dupliciter, vel positive, ut nimirum dicuntur relationes oppositas identitatis, & diversitatis, vel pure negative, ut idem perinde sit ac non diversum, & diversum perinde ac non idem; si secundo modo sumantur, cum in eo sensu opponantur contradictorie, & oppositio contra distinctio nam admittat medium, neque per abnegationem extremorum, neque per participationem, consequenter asserendum est inter idem, & diversum sic sumpta nullum proflui dari medium, quia contradictio est oppositio, cuius secundum se non est dare medium, unde Petrus five cum Paulo comparatur, five cum chimera, dicitur diversus ab illis idem non idem, & omne ens respectu non entis, vel non ens respectu entis vel idem, vel non idem idem, autem idem & diversum positive sumantur, tunc rursus distinguendum est, quia vel fit comparatio entis cum ente, vel cum non ente, in prima comparatione nullum potest dari medium, & ideò dixit Arist. 10. Met. text. 1. omne ens alteri comparatum necessario vel esse idem cum eo, vel diverso ab illo, in secunda autem comparatione potest assignari medium per abnegationem extremorum, quia sumendo idem & diversum positive, Petrus respectus hircocervi nec est idem, nec diversum ab eo, nec hircocervus est idem, vel diversum a Petro, sed tantum non idem, itaque constat in quo sensu dixerit Arist. 10. Met. 1. idem, & diversum immediate opponi, & omne ens alteri comparatum esse idem, vel diversum, loquitur enim de eodem, & diverso positive sumptis, & de comparatione unius entis ad aliud ens, non autem ad non ens.

153 Sed hic urgeri solet molesta difficultas, quia Petrus, & Paulus sunt inter se diversi, aut ergo eadem diversitate, aut diversis, non eadem, quia alia est diversitas Petri a Paulo, & alia diversitas Pauli a Petro, cum habeant alios terminos, & alia fundamenta, sicut enim ille diversitas sunt abivincem diversae rursus aliis diversitatis erunt diversae, & tunc redit idem argumentum de illis diversitatibus, ergo fallit est, quod omne ens alteri comparatum sit idem, vel diversum. Camerarius q. 10. ad evitandum hanc difficultatem negat distinctionem, & diversitatem dicere relationes reales aliter ens tantum negationes identitatis, quod satis ex dictis esse falsum; Qui negant unam relationem posse fundari super aliam, dicunt quod diversitas Petri non est diversitas Pauli, nec ipsa sunt diversa inter se per aliam diversitatem, ne detur processus in infinitum, sed tunc, quod Petrus est diversus a Paulo, & quo Paulus est diversus a Petro, unde dicitur, quod ad salvandum Arist. dictum sufficit, vel esse omne comparatum diversitanti sit idem, vel diversum, vel fit ipsa identitas, & diversitas, quo aliquid dicitur idem vel diversum, vel fit ipsa identitas, & diversitas, ut dicitur in 10. Metaph. text. 1. idem, & diversitas, & Pauli etiam inter se diversas esse aliis relationibus, quo pacto autem non detur processus in infinitum, dictum est ibi in solutione ad quintum, ubi propositum fuit, & solutum hoc argumentum in terminis, vide ibi, quia alias dicta repetere piget. Hic etiam queri solet, utra fit prior identitas, vel distinctio; sed facile respondetur distinctionem esse posteriorem identitate, & unitate, ratio est, quia unitas, & identitas involvitur in ipso esse rei, & sicut distinctio supponit esse rei, quod distinguatur, ita etiam supponit unitatem, & identitatem.

ARTICULUS II.  
De numero Identitatum, & Distinctionum.

154 Tot, aedeque variaz extant de hac sententia, ut unaquaque schola peculiariter idiomae de hac materia loquatur, nec una conveniat cum alia, unde cuiusque scholae lectatores proprium compilarunt tractatum de Identitate, & Distinctionibus, iuxta principia Iuxta Scholae; ita Bartholomaeus Manzolius peculiariter edidit tractatum de formalitatibus ad mentem D. Thomae, ac etiam Aquarius, Augustinus Muscus pariter tractatum fecit de distinctionibus ad mentem Egidii, Antonius quoque Sireducus eruditissimum compilavit tractatum de formalitatibus ad mentem Scoti, quem commentando secuti sunt Tromb. Vallon. Mauris. Laurentius Brixianus, Aretin. Doduet. Piffiorini, Franciscus de Roy, & alii etiam de formalitatibus scriperunt in nostra schola Mairon. ad finem suae Theologiae Bonet. lib. 3. suae Metaph. ad finem Metaph. Faber ad finem suae Philosophiae. Stephanus Bursiler in proprio de hac tractatu, ac denique Petrus Thomas Praeterea Achillius tractatum de Distinctionibus composuit ad mentem Averrois, cuius ipse leclator est, & Nominales denique Ocham, Gabriel, Gregorius, & Aureolus peculiariter tradiderunt sententiam de Identitatibus, & distinctionibus, quarum scholaram varios dicendi modos in hac breviter referre juvabit, resolvendo postea quod nobis videatur dicendum secundum veritatem, & Scoti doctrinam.

Thomista duo tantum assignant genera Identitatum, & Distinctionum, nimirum identitatem, & distinctionem realem, quae talis est ut rebus conveniat a parte rei citra quodcumque opus intellectus, vel quia sunt una, & eadem res, vel quia important res diversas, quarum una non est alia; aliud genus est identitatis, & distinctio rationis, quae talis dicitur, quia non convenit rebus ex natura rei, sed per opus intellectus, quando scilicet intellectus circa idem obiectum a parte rei indistinctum suo concipiendi modo for-

mat plures conceptus, & ratione talium conceptuum appellatur distinctio rationis; ita docent Hervaeus quol. 3. qu. 3. Cajet. 1. p. 9. 54. art. 2. Socini. 7. Met. q. 36. Socini Log. q. 3. univ. & q. 2. de propr. Jan. 6. Metaph. q. 10. Scali Thomista passim, unde verum non puto, quod ait Zerbuis loc. cit. referendo Thomistarum sententiam. Propter secundum, dicens illos assignare multo plures modos identitatum, & distinctionum, quam reals, & rationis. Quamvis enim distinctionem rationis subdividant in distinctionem rationis ratiocinantis, quae fit ex mera intellectu negatione sine illo fundamento ex parte obiecti, ut cum idem distinguatur a seipso; & rationis ratiocinatae, quae fit cum fundamento a parte rei, quo pacto ajunt abivincem distinguunt gradus Metaphysicos ut genus, & differentiam; at tamen distinctionem realem non in alia subdividunt membra, ut bene adnotavit Averroes q. 5. suae Philosoph. sec. 8. led quicquid a parte rei distinguatur, quomodocumque distinguatur, dummodo sit actualis distinctio, & anteverteus opus intellectus, dicitur distinguere realiter, & quocumque non ita distinguatur, censet identificari a parte rei. Quamvis moderatores Thomista post Cajet. quamvis ut argumentum Scotici, distinctionem formalem mediam inter realem, & rationis prohibentibus satisfaciunt, admittunt distinctionem quandam virtualem, quae licet non praecedat in rebus operationem intellectus formaliter, & actualiter, praecedat tamen virtualiter, ac fundamentaliter; non tamen admittunt hanc esse mediam inter distinctionem realem, & rationis immo nec pertinere volunt ullo pacto ad distinctionem realem, ut peculiare eius membrum, sed omnino revocant ad distinctionem rationis, & volunt quod coincidat cum distinctione rationis ratiocinatae, quare secundum Thomistas omnis distinctio vel est realis, vel rationis, nec aliud genus distinctio, aut identitatis medium agnoscunt, quorum praecipuum fundamentum est, quia omne ens aut est reale, aut rationis, sed identitatis, & distinctio sunt passiones entis, cum ergo passio proprium non excedat subiectum omnis identitatis, & distinctio vel erit realis, vel rationis; Conf. quia omnis distinctio vel est a parte rei praecio opere intellectus, & est realis, quia omne quod est a parte rei, est reale, vel non, sed ex vi intellectu cognoscens, & est rationis, quia omne, quod non est, nisi per opus intellectus est ens rationis.

155 Nominales autem parum distant a Thomista in hac materia de identitatibus, & distinctionibus, nam & ipsi dicunt omnem distinctionem vel esse realem, vel rationis; sicut omne vel est reale, vel rationis, ita conspiciunt docet Averroes 1. d. 8. art. 4. §. 1. suae sententiae, & omnes unanimiter negant distinctionem Scoticam quae concedatur, quidam eorum videntur expressè negare etiam distinctionem rationis ratiocinatae, quae fit cum fundamento in re, cum nimirum formantur plures conceptus in mente, veluti dividendo obiectum in plures formalitates, itant non uno actu concipiatur adequatè quicquid est in obiecto reali, sed tantum inadeguatè, concipiendo unam rationem uno actu, & aliam rationem alio actu, quamvis tales rationes, quae sic divisi concipiuntur, sint a parte rei una simplex entitas, hanc, inquam, distinctionem rationis ratiocinatae, quam ultra Thomista omnes admiserunt, videntes negare, Nominales dicentes eam vel in solis nominibus, vel in solis quibusdam connotatis consistere, non autem in pluribus conceptibus obiectivis de ipso re, ita Ocham 1. dist. 2. quae 3. Gabriel. ibid. Aliacens. quae 7. art. 2. ubi ait, quod cum aliquid per plures conceptus concipimus, pluralitas non est in obiectis, sed in ipsis conceptibus, deinde subdit, quod distinctio attributorum non dicitur id, quod supponitur in Deo, sed attenditur ratione extrinsece connotati, & sententiam Nominalem de distinctionibus in hoc sensu intelligunt, & amplectuntur Recentissimi Auctores Scotistaer, Hurtad. disp. 6. Met. sec. 4. quam etiam D. Th. attribuit opus 9. Arist. disp. 5. Log. sec. 2. suble. 2. Ovied. contro. 4. Met. punc. 8. Pasq. 12. men tom. 2. Iuxta Metaph. disp. 48. contendit nempe Nominalem non fuisse distinctionem rationis ratiocinatae negare, de qua re nimis follicite esse nolo.

Egidiani vero apud August. Multum loc. cit. & Amicus trac. de variis Formalit. & Distinct. generibus diversa incedunt via, etenim primo dividunt distinctionem in genere in distinctionem innatam extremis, & distinctionem immediatè fabricatam a ratione. Haec dicitur, quia intellectus aut aliqua diversa diversae conceptionibus apprehendit, aut unum, & idem quae diversa percipit, atque adeò utitur uno, ut pluribus, quae non minus adequatur enti, quam distinctio divisa, nam nosse intellectus, ut potest ens reale, ita & ens rationis ad seipsum comparare, & sicut nosse intellectus potest entia realia diversa, vel ut diversa apprehendere, ita potest entia rationis diversa. At distinctio innata est, quae postis extremis statim innascitur, & desinit inter illa, ut v.g. polito Sorte, & Platone statim apparet inter eos distinctio, & similiter postea intentione generis, & speciei statim inter illa apparet distinctio. Deinde distinctio innata dividitur ratione extremorum, quibus innascitur, ut quaedam sit consequens extrema realia, quaedam extrema rationis, inter quae hoc est discrimen, quod in natura consequens extrema realia nullum supponit opus intellectus praevium, vel concomitans, sed quae consequitur extrema rationis, supponit opus rationis praevium, per quod exiit extrema, sed non exigit opus concomitans, & immediatè fabricans distinctionem, ut exigit distinctio fabricata, & hic dicitur esse a ratione mediatè, scilicet per extrema, quae sunt fundamenta



